



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio prima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Lib. III. Distinctio. I.
Resolutissimi Patris, &
 VERITATVM THEOLOGICARVM
 solidi securoris Magistri Durandi de sancto
 Portiano, Liber tertius sens.
 tentiarum.

PRÆFATIO.

ES DEUS IN CECO REVELANS MYSTRIA, DAN. 2. HEC VERBA ASSUMPTA FURENT A PRINCPIO, & VT DICTUM FUIT TUNC, SACRA SCRIPTURA EXCELLIT ALIAS IN CERTITUDINE, QUOD NOTURAT IBI REVELANS. QUOCUNGENIUM IN SACRA SCRIPTURA TRADUNTUR, AUT SOLI, AUT PRINCIPALITER, DIVINA AUTORITATE REVENTUR, TALIA AUT SUNT CERTISSIMA, VERAIS DECLARATUM RUIT. IN EODEM ETIA VERBO TAGITUR MATERIA TERTII LIBRI SENTENTIARUM. POSTQUAM ENIM DEUS MULTIPHARÉ, MULTISSIMIS MODIS OLIM LOQUENS PATRIBUS REVELAVIT EIIS SECRETA SUA, ET PRO COS NOBIS (QUIA Nō FACIT DOMINUS VERBUM NISI REVELAUERIT SECRETU SUUM AD SERUOS SUOS PROFETAS, AMOS. 3.) NOVISIMUM LOCUTUS EST FILIO SUO INCARNATO, PER QUEN EXCELLENTERA SACRAMENTA DEITATIS NOBIS MANIFESTAVIT, NEC MIRUM, QUIA NEMO NOVIT PATER, NISI FILIUS : & CUI VOLVERIT FILIUS REVELARE, MAT. 11. DE FILIO AUTÉ INCARNATO, & DE HIS QUA ASSUMPTA CARNE GESIT, & SUSTINUIT PRO NOBIS, NEC NON DE DONIS, & VIRTUTIBUS IPSE, QUO AD HUMANITATI PERFECTIBUS AGITUR IN TERTIO LIBRO. DECEBAT AUTEM, VT PER FILIUM INCARNATUM REVELARENTEBANTUR NOBIS DIVINA SECRETA, & NOSTRÆ FIDEI SACRAMENTA PROPTER TRIA. PRIMO VT CAPERENTUR FAMILIARIUS EX REVELANTIBUS CONFORMITATE HUMILI. SECUNDÒ, VT TENERENTUR CERTIUS EX REVELANTIBUS VERITATE STABILI. TERTIÒ, VT IMPLERENTUR EFFICACIAS QUO AD AGENDA EX REVELANTIBUS EXEMPLARITATE VITI.

2. **Q V A N T V M** AD PRIMUM SCIIDUM EST QUOD AUDITIONES CONTINGUNT SECUNDUM CONFUSIONEM. NAM VEVT CONSUENIUM ITA DIGNAMUR DIC (VT HABETUR. 2. META.) ET QUA CONFUSIUS EST HOMINES DOCERI AB HOMINIBUS PROPRIS SIMUS DOCTOR, & REVELATOR FUIT DEI FILIUS, FACTUS HOMO, & QUA FACTUS HOMO FACTUS EST PARVULUS, SECUNDÙS ILLUD ELA. 9. PARVULUS NATUS EST NOBIS & FILIUS DATUS EST NOBIS, & IDEO FACTUS EST DOCTOR PARVULORUM, VT ADIMPLERETUR ILLUD ELA. 11. VBI EST DOCTOR PARVULORUM ? CUI POTEST RESPONDERI ? FILIUS DEI QUI FACTUS EST HOMO FACTUS EST PARVULUS. Vnde potest dici illud MAT. 11. ABSCONDISTI HÆC A SAPIENTIBUS & PRUDENTIBUS, & REVELAVERA CUM PARVULIS. ET MERITO, SI ILIUS ENIM HONORAT PATERM. (MALAC. 1.) ET QUA OPERA DEI REVELARE & COHERERE HONORISCUM EST (TOBIAS. 12.) IDEO DEI REVELATIONE & COHERERE REVELATIONEM PATERNORUM SECRETORUM.

3. **Q V A N T V M** AD SECUNDUM NOTANDUM EST QUOD LICET PATER FUT VERITAS, & Filius veritas, & Spiritus sanctus veritas, & simul omnes tres una veritas, tamen filius per APPROPRIATIONEM DICITUR VERITAS, NON FOLIUM EA RATIONE QUA EST SECUNDA IN TRINITATE PERSONA, QUA RATIONE DICITUR SAPIENTIA, & VERBUM, FED RATIONE HUMANITATIS ASSUMPTA, QUATENUS VERITAS A TOTA TRINITATE DE REDEMPTIONE HUMANI GENERIS PROMISSA IN FOLA PERSONA FILII, & PER SOLAM PERSONAM FILII MERITO EST IMPLETA. SIC ENIM GRATIA & VERITAS PER IESUM CHRISTIUM FACTA (JOAN. 1.) PROPTER QUOD DECIVIT, VT VERITAS FIDEI QUAE RATIONEM NATURALEM EXCEDIT AD HOC VT FIRMIUS TENETUR, REVELARETUR NOBIS PER ILLUM, QUI CUM PATER & SPIRITU SANCTO EST UNA VERITAS PROMITTENS, & IN SEIPSIS EST UNA VERITAS PROMISSA PERFOLUENS. ET IDEO DICIT SIMEON IN SUO CANTICO LUC. 2. JOQUENS AD DEUM PATERM DE FILIO, PARAFANTI ANTE FACIEM OMNIVM POPULORVM, LUMEN AD REVELATIONEM GENTIUM.

4. **Q V A N T V M** AD TERTIUM NOTANDUM QUOD SICUT DICIT SEN. LONGUM ITER EST PER VERBUM, BREUE AUTÉ & EFFICAX PER EXEMPLI, EX FACTO ENIM FACTUS CONCLUDITUR PER LOCUM A SIMILI, LUC. 10. QUI TIBI VIDETER PROXIMUS Fuisse EI QUI INCIDIT IN LATRONES ? & ILLUS DICIT, QUI FECIT MISERICORDIAM IN ILLIS; TUNC EX ILLO FACTO CONCLUDIT, VADE & TU FAS SUA MILITER. Sed ex dicto non concluditur factus. Multi enim dicunt & non faciunt, MAT. 23. & IDEO AD HOC, VTILLA QUA Sunt AGENDA PRO SALUTE NOSTRÆ EFFICACIAS IMPLERENTUR, PRO

Quæstio I.

Fuit valde vt reuelarentur ab illo qui cepit facere, & docere, ACT. 1. Et faciendum nobis ex facto suo conclusit dicens Apostolis IOAN. 19. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciat. Ideo dicit APOL. EPHE. 3. Quod alii generationibus non est agnitus filius hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis. Concludendo ergo cum Apostolo dicamus illud EPHE. 1. Deus pater domini nostri Iesu Christi pater gloriae dei vobis spiritum sapientiae & reuelationis in agnitionem eius. Nunc quidem per fidem, vt tandem in reuelatione gloria eius gaudatis. 1. PET. 4. Quod vobis concedat, &c.

Sententia literæ Magistri sententiarum in generali
& speciali valde ingeniosa & utilis. Et
primo prima distinctionis.

CVM autem venit plenitudo temporis, &c. In hoc tertio libro determinat magister primo de mysterio in carnatione & passionis Christi. Tertiò de virtutibus & donis quibus Christus plenus fuit, & fideles animas implouit. Et secundum hoc liber iste dividitur in duas partes. Primo determinat multipliciter de incarnatione. Secundò, de virtutibus & donis nobis per Christum collatis vñq ad. 23. dist. ibi. Cum vero supra habitu sit. Prima dividitur in duas. Primo determinat de diuina incarnatione. Secundò prosequitur conditions ipsius verbi incarnati vñque ad. 2. dist. ibi. Ex præmissis emergit quæstio. Prima dividitur in tres. Primo determinat de diuina incarnatione ex parte alimentis, quid sit. Secundò ex parte assumpti, quid sit. Secunda ibi dist. 2. Et quia in homine tota natura. Tertiò ex parte virtutibꝫ, cuius sit dist., ibi, præterea queri oportet. Prima est principali lectionis, & dividitur in quatuor partes. Primo enim autoritate Apostoli ostendit quid sit incarnatio, & quod persona incarnata sit filius Dei. Secundò ratione inquirit, quare filius potius fuerit incarnatus ibi, diligenter vero notandum. Tertiò inquit, verum Paer, vel Spiritus sanctus potuerit incarnari. ibi. Si vero queritur vtrum pater. Quartò mouet obiectione & solvit ibi. Sed forte aliquis diceret, Et hæc est sententia & diuisio lectionis in generali.

2. IN speciali vero sic procedit, & primo probat autoritate quod pater misit filium in temporis plenitudine, quod est tempus gratia, quod quidem tempus habuit initium ab aduentu salvatoris per quæ facta est veritas & gratia, quia per incarnationem impletur legis promissum, quod per Christi aduentum impletum est, quod diu antiquis patribus fuit promissum. Si ergo filius Dei est missus, missio enim visibilis est eius incarnatione. Præterea ponit tres rationes ad probandum quod persona filii fuit incarnata, quarum priam lumen ex appropriato filii quod sapientia est, conformatum enim fuit q̄ qui in sapientia omnia considerat, per sapientiam omnium restauraret. Et hoc confirmat per parabolam Euangeli, d. muliere quarerente dragmam perditam. Secunda ratio sumitur ex ipsius origine, quia est ab alio, vnde primo missus est filius qui est a solo patre. Secundo Spiritus sanctus qui est ab utroq. Tertia sumitur ex proprio ipius filii, quia filius est imago patris: congruū enim erat, q̄ qui erat filius Dei in diuinitate fieret idē in humilitate filius hominis, quod confirmatur per Aug. ex quo concludit quod unus est Dei filius & hominis, qui est verus Deus & homo, id est neq; confitemur duos filios, sed unus manere in duabus substantiis, ita q̄ vna per alterā non destruantur, nec vna in alterā transeat vt nō sint, sicut illa que miscentur adiucent, sed sint sicut vnit. Deinde inquit, vtrum pater vel Spiritus sanctus carne quam potuerunt tunc assumere, nunc possint assumere. Et respondet quod sic, quia eadē est personarū potentia. Ultimō obicit contra prædicta, si enim indiuisa sunt opera trinitatis, qua ergo ratione filius carne assumpsit eadē ratione Pater & Spiritus sanctus. Alioquin aliquid faceret filius quod nō sacerdot pater, vel Spiritus sanctus, quod falsum est. Et responderet ad hoc quod indiuisa sunt opera trinitatis, sed sic filius assumpsit, quia ad ipsum est assumptione terminata, nō hilumin tanet tale mysterium est, quod tota trinitas operata est. Sicut enim est vna indiuisibilis personarū trium substantiarum, sic & operatio vna, & pro tanto nos non dicimus sanctam trinitatem ex virginē natā, sed filium tātum,

DD. 2. &

Magistri Durandi de

& hoc per duo exempla declarat, scilicet de columba & voce patris; & licet solū filius sit incarnatus, tamen incarnationem cum patre & Spiritu sancto operatus est.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum incarnatione sit possibilis.

Thos.3,p.q.ar.1.

Circa dist. primam tertii libri sententiarum queritur
Primo, vtrum incarnatione sit possibilis. Et videtur q̄ non, quia quicquid conuenit Deo ex tempore, conuenit ei ex mutatione sui, vel creatura, quia nō est nouitas sine mutatione. Sed in carnatio temporalis nō potest deo conuenire per mutationem sui, vel creatura, ergo nullo modo. Minor probatur, quod enim incarnari non conuenit Deo per mutationem sui, planum est, cū scriptum sit Mal.3. Ego Deus & non mutor. Et Iac.1.apud quem nō est transmutatione, &c. Quod autem non conueniat ei per mutationem creaturæ probatur sic, quia illa mutatione est secundum locum, vel secundum formam nō secundum locum, quia talis mutatione est ad aliquid distantans, secundum locū, quod non potest dici de Deo respectu creature, nō enim longe est ab uno quoque nostrum Act.17, nec secundum formam, quia natura humana sibi derelicta, vel assumpta, nihil plus vel minus habet, quare &c.

2 Item natura spiritualis non vnitur corporali nisi du plicit, scilicet per modū formæ, vel per modū mouentis, sed natura diuina nō potest vniiri alicui naturæ create per modū formæ, quia natura diuina nullus potest esse forma in hæres de qua loquimur, ergo vnitur ei per modū mouentis, sed talis vnius non sufficit ad incarnationem. Alioquin omnis creatura esset vnitæ Deo, quare &c.

3 Item Deus non potest esse in creaturis nisi per essentiā, presentiā, & potentiam, fed nullus istorum modorum per se sufficit ad incarnationem, nec omnes simul sufficiunt, ergo ipsa non est possibilis: maior probatur, quia Deus non potest esse praesens creature nisi vel secundū se, vel secundum suam operationem, si secundū se est praesens secundum essentiam. Si secundum operationem, aut secundum operationem intra manentem, sicut intelligere, & sic dicitur esse in rebus per praesentiam modo quo dicimus ea que sunt in prospexitu nostro esse nobis praesentia & nos ipsis, aut secundum operationem transenteum extra & sic est in rebus per potentiam. Et prpter hos modos non videtur aliis possibilis, minor de se patet, quia his modis dicitur Deus esse praesens omnibus creaturis quæ tamen non dicuntur assumpta.

4 Item suppositum se habet ad individuum sicut particulae sub vniuersali, quia illud idem (vt videtur) dicit individuum in omni natura & genere quod dicit suppositum in praedicationem substantiam, sed nulla natura potest carere sua propria individuatione, ergo nullum suppositum in genere substantiae potest carere sua suppositio ne, & ita nullum suppositum in genere substantiae (vt videtur) potest substantificari in supposito diuino, & sic non est possibilis incarnatione quæ dicitur esse vnius humanae naturæ cum supposito diuino.

5 IN contrarium est quod habetur Ioh.1. verbum caro factum est, & ad Phil.1. dicitur de filio quod exinanuit semetipsum formam serui accipiens, igitur &c.

6 R E S P O N S I O. circa istam quæstionem vidēda lumen. Primum est quid importetur nomine incarnationis. Secundum est vtrum ipsa sit possibilis. Tertium est cui modo vniuersis assimiletur incarnatione.

7 Q V A N T U M ad primum sciendum est quod per incarnationem nihil aliud intelligimus nisi vniōem humanae naturæ cum diuina, ita, scilicet, quod natura humana non constitutat proprium suppositum, nec existat in supposito proprii generis, sed existat in supposito diuino. Quarimus enim de incarnatione per quam factum est & homo esset deus & deus homo. Ad hoc autem requiritur, quod sit vnius naturæ humanae cum diuina in eodem supposito, quia que distinguuntur secundum supposita non praedicantur de se in unicum, natura autem diuina non potest esse in alieno supposito, quare oportet quod natura humana existat in diuino, si tamen est possibilis incarnatione.

8 Q V A N T U M ad secundum dicendum quod incarnatione est possibilis, & quāuis omnino non posse hoc demonstratiū probari, tamen potest satis probabiliter per-

Sancto Porciano

suaderi hoc modo. Omne illud est deo possibile quod nō includit contradictionem, vel repugnantiam intellectuum (vt patet ex dictis in t.lib.d.42.q.2.) Sed Deum incarnari non includit contradictionem vel repugnantiam intellectuum ergo hoc est Deo possibile. minor probatur, quia si includeret contradictionem, vel repugnantiam intellectuum, aut hoc esset ex parte creature, aut ex parte Dei. Sed ex parte neutrissi est ibi repugnancia seu contradictione, quare &c. Quod autem non sit repugnancia ex parte creature duplicit declaratur. Primum sic, prius virtute diuina potest absoluī a posteriori. Sed singularitas nature humanae prior est suppositione sua, ergo virtute diuina ipsa potest habere propriā singularitatem, dato q̄ non habeat propriam suppositionem, sed si non habet propriā oportet q̄ habeat alienā, cum nihil existat nisi in aliquo supposito, ergo possibile est naturam humanam nō existere in proprio supposito, sed in alieno. Quod autem singularitas propria sit prior propriā suppositione, patet quia ex hoc alii quid est singularia quia est hoc aliquid, & vnu numero, super hoc autem addit suppositione esse in se & per se, & nō in alio, quod autem se habet per additionem ad alterum posterius est illo, quare &c. Secundo sic, siue natura substantia completa est existere per se, & in proprio supposito, ita natura accidentis est in alio supposito existere, sed virtute diuina in sacramento altaris fit q̄ accidentia salua sua essentia & natura quanti ad id quod est nō existat in alio non supposito, sed in se, ergo similiter diuina virtute fieri potest quod substantia completa (vt natura humana) proprium suppositum non constitut, sed in alieno existat.

9 C A V S A autem hinc sumenda est, q̄tia omnis natura actualis & absoluta, (Actualis dico propter materiam primam & absoluta propter respectus relationis) potest sine contradictione existere sine omni eo quod nō est intrinsecè de ratione sua, sed solum extrinsecè & cōcomitatu, quia ibi nō est repugnancia intellectuum, vt in contradictione, esse autem in alio nō est intrinsecè de ratione accidentis, sed extrinsecè solum & concomitariū, quia secundum cursum naturæ accidentis non efficit nisi in efficit. Similiter esse per se non est intrinsecè de ratione substantie, sicut expressè ponit Aquicinctus, sed est realis proprietas, vel modus substantiae, quia substantia completa sibi derelicta proprium suppositum constituit, propter quod absque contradictione potest substantia priuari proprio modo existendi per se, & accidentis modo existendi in alio, sic igitur patet quod ex parte creature non est repugnativa, quia posit in alieno supposito substantia.

10 Quod autem nō sit repugnancia ex parte Dei, probatur sic, quia quicquid conuenit creaturæ pertinet ad perfectionem, hoc totum conuenit creatori. Sed post naturam aliam ab ea que suppositū constituit in se substantificare, pertinet ad perfectionem in creaturis: vnde & hoc conuenit sibi substantia, in qua sunt & de qua dicuntur alia, sicut accidentia: quare & hoc potest Deo conuenire circumscripsit tamen imperfectionibus, (sic ut in carceris quæ Deo & creaturis conuenient imperfectiones à Deo relegantur) pertinet autem ad imperfectionem substantiae & ad eius potentialitatem quod accidens in ipsa existens ipsum informet & sit actus eius, & ideo natura assumpta à diuina persona ipsam non informat, sed ab ipsa informatione in ipsa substantificatur, ideo substantificatio naturæ humanae à diuina persona nullam imperfectionem arguit in ipsa. Ex quo potest formari talis ratio. Est in quo aliud, nunquam sonat: imperfectionem nec poterit passiuam, nisi ubi est in alio est per inhaerentiam, quia ratio potest passiuam reducitur ad subiectum, nihil enim est subiectum nisi per potentiam passiuam, nec potentia passiuam est nisi subiectum est: nihil autem est subiectum nisi per comparationem ad illa que sibi inheret. Cum igitur natura humana non ponatur existere in supposito diuino per modum inhaerentis, sed per modum ordinis & contractus virtualis esse vt in quo ipsa existit nō arguit in persona diuina aliquam potentiam passiuam, sive imperfectionem: & sic patet secundum.

11 Q V A N T U M ad tertium notandum est quod licet incarnationi ex toto non posse inueniri similius modulus vniōis in creaturis, assimilatur tamē magis insitioni quam alicui vniōni: quod patet discurrendo per singulos

modos

Thos.3,p.q.1.

7.7.

Llib. III. Distinctio. I.

*l. d. s. f.
1.800.6.*

modos quibus aliqua in supposito vniuntur. Quædam enim vniuntur constitudo vnam naturam, quædā vero non constitudo vñam naturam. Primum fit tripliciter. Primo ex corruptione omniū quæ vniuntur, sicut elementa in mixto. Secundō ex corruptione alterius solum, vt cum miscetur modicum de aqua in multo vino. Tertiō salutis omnibus his quæ vniuntur, vt ex materia & forma substantiali sit vna natura composita; neuter autē isto rūm modorum competit incarnatione. Non enim natura diuina & humana transiunt in terram sicut elementa in mixto, nec vna in alteram (vt modica aqua posita in multo vino) sed manet vtraq; saluata post vniōne malitioquin non esset vera incarnatione qua diceretur homo Deus, & Deus homo, nisi ambæ remanerent naturæ. Item nec sic vniuntur vt eis saluatis fiat quædam tercia natura sicut fit ex vniōne materie cum forma natura composita, quia natura diuina & humana non possunt esse partes cuiusdam complexioñis naturæ, quemadmodum in materia & forma sunt partes naturæ compleæ, id est &c.

12 Alia vero vniuntur in supposito nō constituendo vnam naturam; quod fit duplicitas. Vno modo per inherētiam naturæ ad naturæ, & sic vniatur accidentis substantiæ, & hic modus differt multâ ab vniōne incarnationis, quia in carnatio cl̄ vno duarum naturarū quarum vtrāq; natura est constitutæ vnum suppositū, accidentis autem nō est huiusmodi. Item vno accidentis ad subiectum est per inhaerētiam. Hoc autē agitur in subiecto potentia passiuam, quod excludit est ab incarnatione, id est &c. Alio modo vniuntur aliqua per infestationem nō constituendo nouam naturam, sicut inferior ramus stipiti, non enim constituitur noua natura nisi continuatione præexistentium, sicut econtrario quando continuū dividitur in plura eiudē rationis nō est ibi noua generatio, sed præexistētis diuīū.

13 Et hic modus est in vno dissimiliis incarnatione, quia estib; vno similis cum simili ratione, curis est ibi contiūnatio, & non solum cōtactus: hoc autem excluso (quod & in proposito excludi potest rationabiliter, quia quod potest natura creata respectu similitudinis secundū speciem, hoc potest natura diuina propter suam illimitatam perfectionem respectu naturæ creata & dissimilis) totū residuum est simile, natura enim diuina & humana nō constituit vnam naturam, vniuntur autem per modum infestationis, quam facit ordo, nō situs: secundum enim beatum Aug. quod facit situs in corporalibus hoc facit ordo in spirituualibus. Et ideo sicut mediante contactu, vel situs ramus inferior arbori, & efficiuntur vnum secundum suppositionem. Sic mediante ordine quem habet natura creata ad diuīnam essentiam, & ad diuīnum suppositū, in quo est omnis ratio suppositi potest natura creata virtute diuina quasi diuīno supposito insita in ipso substantiari. Huic autē concordat scriptura loquens de incarnatione Christi, vel de Christo incarnato, dicitur enim Apoc. 1. vicit Ieo de tribu Iuda, radix David : & 22, eiusdem, Ego sum radix & genus David, stella splendida, &c. Ex quibus datur intelligi, quod sicut ex radice & ramo sit vnum per infestationem, sic ex natura diuina tanquam ex radice, vel trunco & natura Christi humana sumpta de stirpe David, tanquam ramo insito factus est vnum Christus per incarnationem, tanquam per infestationem: vnde lacr. vocatur verbum insitum, in mansuetudine inquit, suscipite insitum verbum: vbi globo dicit verbum diuīnum quod insitum est & seminatum in die redēptionis.

14 A D primum argumentum dicendum quod incarnatio competit Deo ex tempore, non ex mutatione sui, sed creaturæ, quæ dum affinitutem mutatur non secundum locum, nec secundum aliquā formam absolutam, sed dicitur mutari in quantum suscipit nouum modum essendi cum priuatione proprii modi. Et si dicitur quod iste modus non dicit nisi quandam relationem ad quam non potest esse actio, dicendum quod verum est de actione creaturæ, quæ non attingit ad respectum, nisi per fundamen-tum propter determinationem suam in modo. agendi: Deus autem potest immediate super modum rei influendo, vel subtrahendo sicut ei placet.

15 Ad secundum dicendum quod Philosophi solū consideraverunt illud quod habet cursum naturæ, secundum quem non videmus substanciali spiritualem vnitatem corpori,

Ques̄tio II.

218
nisi per modum mouentis, vel per modum formæ: Deus autem ad hoc non limitatur quā aliter posst facere.

16 Ad tertium dicendum quod Deum esse in rebus per essentiam, non tantum dicitur uno modo, sed duplicitas. Uno modo per communem exhibitionem sua essentia, quā modus vocatur communis illapsus. & hic modus quādā communis respectu omnium non sufficit ad incarnationem. Secundo modo per specialem illapsum, quā quidam vocant circumcessionem, nos autem incisionem, & hic modus nō est communis omnibus, sed est proprius naturæ assumptæ, id est &c.

17 Ad quartum dicendum quod individuum & suppositum non se habent præcītū, sicut vniuersale & particulares, ita vt illud solum quod dicit individuum in omni generē dicat suppositum in generesubstantiæ, quia materia & forma in generē substantiæ sunt quædā individua, nec tam sunt supposita. Individuum enim solum dicit illud quod est singulare, seu vnum numero, in omni generē. Suppositum autē super hoc addit determinatū modum essendi, videlicet q̄ sit completum in natura, & per se existens, & alteri non innitens, & isto modo essendi potest carere talis natura, licet non possit carere sua individuatione.

QVAESTIO SECUNDA.

Vtrum vna persona potuerit incarnari sine alia.

Tb. 3. q. 3. ar. 4.

Secundō queritur, vtrum vna persona potuerit incarnari sine alia. Et videtur quod nō, quia per illud suppositum diuīnum habet rationem, vt in quo aliud existit per quod se subsistit, quia dependentiam inexistens non determinat nisi per se subsistens, sed persona diuīna est per se subsistens ratione essentia diuīna, quia est cōmūnis omnibus personis: in diuīnis enim esse existentia est idem cum essentia, ergo nulla persona in diuīnis potest terminare dependentiam naturæ assumptæ sine alia.

*Inf. q. 3.
1.800.6.*

2 Item ad hoc vt persona possit assumere, non requiriatur nisi vt sit infinite virtutis, vt possit hoc facere, & infinite perfectionis, vt possit alterius dependentiam terminare, sed in his persona diuīna nō ditinguuntur, sed potius sunt vnum, ergo nulla persona potest aliquam naturam assumere sine alia.

3 Item in actu reciprocō quicquid est principium actus est eius terminus, quia actus reciprocus ab eodem incipit & ad idem terminatur. Sed assumere est actus reciprocus, est enim assumere aliud ad se sumere, ergo cum quilibet persona sit principium talis actus, & non vna sine alia, vt debet quod idem sit de termino.

4 Item nullus actus notionalis terminatur ad aliquid essentiali, ergo nec actus essentialis ad aliquod notionali, sed incarnari est actus essentialis, ergo non terminatur ad personam.

5 IN contrarium arguitur, quia filius dicitur minor patre, Joan. 14. Pater maior me est. Hoc autē non esset si filio aliumento naturæ humanae, pater similiter assumptus esset, tunc enim pater filius esset æqualis secundum naturam humanae, sicut est secundum diuīnam, ergo filius sic assumpit naturam humana quod non pater.

6 R E S P O N S I O. Dicendum quod licet incarnare (id est, incarnationem facere) non possit vna persona sine alia, eo quod individuum sicut opera trinitatis, tamen incarnari, id est, carni vnitri potest vna persona sine alia. Ad cuius eius evidenter videnda sunt tria. Primum est q̄ ad vniōne personalem humanae naturæ cum diuīna persona præexistit vno eiusdem naturæ humanae cum essentia diuīna. Secundum est quod vno naturæ cum natura non sufficit ad vniōnem personalem naturæ cum persona: sed vterius requiritur vno cum his quæ sunt propria persona inquantum persona. Tertium est quod illa vltior vno est possibilis cum proprio vniōis persona absq; proprio alterius in quo confitit principalis titulus questionis.

*Tb. 3. q. 3.
ar. 2. Duran.
inf. d. 5. q. 1.*

7 P R I M U M patet premittendo prius differentiam quae est inter suppositum diuīnum & creatū quæ talis est: licet enim virtus suppositum sit illud quod subsistit, tamen in creaturis suppositum non solum est illud quod subsistit, sed etiā formalis ratio suppositi est per se subsistere, vel fundatur per se & cōvertibiliter in proprietate per se subsistēti. In diuīnis vero licet suppositum sit illud quod

*Inf. q. 3.
num. 1. 2.*

DD 3 sube

Magistri Durandi de

DURANDI
Subsistit, tamen ratio formalis suppositi non est per se subsistens, nec fundatur in proprietate per se subsistendi, sed est ad aliud esse & ideo per aliud est suppositi & per aliud subsistit. est enim suppositum formaliter & cōpletū per proprietatem relatiū, subsistit autē non per proprietatem relatiū, sed per essentiam vel substantiam. Cuius ratio est, quia subsistere dicit ēst secundum perfectissimum modum essendi, sed perfectissimus modus essendi est ēst in se vel ad se, hoc autem non conuenit alii in diuinis nisi ratione essentiae, quia pēt orūnia alia, supposta diuina dicuntur ad aliud & nō ad se, quare suppositum diuīnum subsistit per essentiam, & non per proprietatem relatiū. Hoc etiam expressē vñl̄ beatus Aug. lib. 5. ca. 7. de trin. dicens, si Deus sic relatiū subsistit, sicut relatiū gignit, & relatiū dominatur, itā substantia non est substantia, quia relatiū est, sicut enim ab eo quod est ēst esse appellatur essentia, ita ab eo quod est subsistere substantiam dicimus. Absurdum est autem, ut substantia relatiū dicatur: omnis ergo res ad seipsum subsistit quanto magis Deus? Si tamen dignum est, vt Deus dicatur subsistere: quod addit Aug. aut quia subsistere est sub alio existere, & sic nō competit Deo, aut quia nobilito modo subsistit quā creature, vt magis propriè dicatur subsistere. Si vñl̄ aliquis eſte ad aliud vocet subsistere, abusus loquitur ignorans vim vocabuli, eſte enim ad aliud quod est relatiū in quātūm huiusmodi nō importat aliquam perfectionem sicut subsistere importat, alioquin aliqua perfectio eſter in una persona quā non eſter in alia, cūm aliqua relatio sit in una persona, quā non eſt in alia quod est inconveniens, subsistere ergo in diuinis eſt vñcūm & absolutum competens omnibus personis ratione essentiae.

8. Ex hoc patet primum sic, per illud primum competit persona diuina vñl̄ naturæ assumpta, per quod cōpetit ei dependentiæ naturæ assumpta terminare. Sed persona diuina competit terminare dependentiam naturæ assumpta ratione substantiae, vel essentiae, ergo persona diuina primum competit vñl̄ naturæ assumpta ratione essentiae. Major patet, quia sicut natura assumpta vñl̄itur, quia dependet, ita persona assumens eam sibi vñl̄it, quia terminat eius dependentiam. Minor apparet ex suppositione prius declarata, scilicet quod persona diuina non subsistit nisi per essentia, vel ratione essentiae, per illud autem per quod competit ipsi per se subsistere, competit ipsi per se primum terminare dependentiam inexistentie naturæ assumpta, & hoc est essentia (vt dictum est) quare &c.

9. Sed cōtra istam rationem instaurat dupliciter. Primum, quia non oportet quod natura per quam suppositū subsistit sit immediata ratio vñionis eius ad naturā quā in ea existit: verbi gratia, color existit in corpore quod est suppositum alterius generis, ratio tamen vñionis coloris & corporis non est immediata natura corporis per quam subsistit, sed superficies mediante qua color est in corpore, a simili posse videri, quodlibet persona diuina subsistat per essentia, & per eam terminare dependentiam naturæ assumpta, tamen non oportet per essentia sit prima & immediata ratio talis vñionis, sed poterit esse proprietas relatiua, & ita vñl̄ naturæ assumpta ad naturam diuinam est mediante vñionem eiusdem ad propriaitem relatiuam sicut virtus colorum ad corpus est per superficiem.

10. Secundo quia natura humana non vñl̄itur persona diuina nisi quia ipsa amittit propriā personalitatem, & induit aliam, ergo secundū hoc vñl̄itur prius & immediatus secundū quod magis attendit personalitas, sed per sonalitatem in diuinis magis artē situr secundū proprietatem relatiū quā secundū essentiam, ergo natura humana prius & immediatus vñl̄itur persona diuina per proprietatem relatiū quā per essentiam.

11. Ad primum istorum dicendum q̄ non est simile de colore in corpore, & de natura assumpta, & persona aliud mente, quia quod color sit in corpore quod est suppositū alterius generis hoc cō̄ vertit ei per naturam, natura enim coloris nō est per se existens, sed in aliquo (scilicet in corpore) est enim naturalis qualitas corporis, & ideo in inherentia coloris ad corpus nō solam attendenda est eius dependentia, sed eius specialis natura ad quam consequitur specialis modus dependentiae, qui est vt ea quā naturaliter insunt corpori intiunt ei quodā ordine vñl̄um me-

Sancto Porciano

dante alio & ob hoc color inest corpori mediante quantitate, sed substantia completa vñpote natura humana que de se nata est constitutere suppositum non existit in alio, per aliquam dependētam naturalem quam de se habeat ad illud, sed per hoc solum quod priuat propria substantia, & ideo nihil primō sibi responderet in persona in qua existit, nisi illud per quod ipsa persona subsistit, & hoc est natura diuina.

12. Ad secundū dicendum quod cūm personalitas humana natura, & cuiuslibet alterius natura creatæ constat, vel saltem fundetur in proprietate per se subsistendi, vt declaratum fuit nu. 7. quando natura humana amittit hanc proprietatem & suam personalitatem, & vñl̄tur alteri persona, vñl̄itur prius & immediatus secundum illud secundū quod illa persona supplex vñcūm personalitatis que natura debet, hoc autem est per se subsistens, que competit persona diuina ratione essentiae, & nō ratione proprietatis relatiū quānūs personalitas formalis est cōpetat per proprietatem relatiū. Et ideo non oportet quod secundū illud fiat prius & immediatus vñl̄o secundū quod attendit formalis personalitas, quia ratio suppositi & persona alteri se habet in creaturis, & diuinis. Et sic patet primum scilicet quod ad vñionem personalem natura humana, cum persona diuina p̄exigitur vñl̄o natura humana cum diuina natura.

13. S E G V N D U M patet, scilicet quod ad vñionem personalem predicta vñl̄o non sufficit, sed requiritur vñl̄o quāntū ad illa quā sunt propria personae, quia vñl̄o ratio formalis, & completiū suppositi, vel persona, non constitut in per se subsistere, nec fundatur in proprietate per se subsistendi, sed constitut in proprietate relatiū, ergo ad vñl̄o non personalis natura humana cum persona diuina non sufficit vñl̄o per existentiam, sed requiritur vñl̄o in aliquo superaddito, vñl̄o per existentiam non sufficit ad vñionem personalem, sed requiritur vñl̄o in aliquo superaddito. Sed ratio formalis & completiū suppositi seu persona diuina non constitut in per se subsistere, nec fundatur in proprietate per se subsistendi, sed constitut in proprietate relatiū, ergo ad vñl̄o non personalis natura humana cum persona diuina non sufficit vñl̄o per existentiam, sed requiritur vñl̄o per proprietatem relatiū. Item non illud quod competit aliqui personae ratione essentiae precisi, cōpetit omnibus, sed vñl̄o per existentiam, vt scilicet in existentia naturæ assumpta terminetur per subsistentiam personæ assumpta competit per ratione sua essentiae precisi, per quam solam cōpetit subsistere, ergo talis vñl̄o est com munis omnibus personis sicut & essentia, secundū quam attendit, quare impossibile est quod sufficiat ad personam vñionem, cum personæ diuinae in personalitate distinguantur, requirunt ergo vñl̄o quāntū quantum ad proprietatem relatiū, secundum quā personalitas formaliter compleatur, & sic patet secundū.

14. T E R T I U M patet, scilicet quod illa vñl̄terior vñl̄o est possibilis cā proprietate vñl̄is personæ abegi proprietate alterius, & hoc sic. Si natura humana nō posse vñl̄i personaliter vñl̄is persona sine altera hoc effet vel ex habitudine personarum inter se, vel ex habitudine carum ad essentiam, non ex habitudine personarum inter se, quia illa habitudine est distinctionis & oppositionis, que magis operatur ad hos quod vñl̄o posse fieri cum vñl̄a persona & non cum altera quam ad oppositum, vt de se patet, quē enim sunt distincta, & opposita, possunt aliqui tertio vñl̄o distin̄tē vñl̄o sine altero, nec ex habitudine personarum ad essentiam diuinam, quia intimius vñl̄itur persona diuina essentiae diuina, quāl̄ natura assumpta vñl̄itur ipsi essentiae. Sed vñl̄o quāntūcumque intima persona diuina cum essentia diuina non facit quod in quoconque sit essentia diuina sit & persona personaliter, alioquin cum essentia sit in qualibet persona, qualibet persona effet in qualibet personaliter, & effet confusio personarū quod est inconveniens, quānūs enim patet sit in filio, & econseruo quantum ad essentiam, non tamen quantum ad esse personale, sed semper in eo distinguuntur, ergo nec naturam assumptam & vñl̄itatem diuinæ essentiae, proprietatem vñionem vel habitudinem personarum ad essentiam diuinam quā sit vñl̄itur oportet esse personaliter in qualibet persona, sed potest esse in vñl̄a sine altera. Ex p̄adictis sequitur quod proprietatis relatiū aliquo modo differt ex natura rei ab essentia diuina,

Inf. 9.4.
baus di.

In primo.

d. 12. q. 1.

Lib. III. Distinctio. I.

quia cum essentia diuina vocatur natura humana assumpta, quo vno non sufficit ad hoc quod natura assumpta sit vnum personaliter cum filio, & non cum parte & spiritu sancto. Sed ultra hoc requiritur vno naturae assumpta cum proprietate filii, idcirco in hoc differt ex natura rei proprietas relativa filii ab essentia communis.

Inf. d. 5. q. 15. AD primum argumentum dicendum quod ex for-
la per se subsistens habet persona diuina, quod natura humana in ea existat. Sed vno secundum existentiam non sufficit ad vniōnem personalē, sed requiritur vltior vno quantum ad ea quae sunt propria personae, ut dictum est, & ideo non valet.

16 Ad secundum patet per idem, ad vniōnem enim quae est per inexistentiam naturae assumpta cum persona afflante sufficit quod assumens sit infinitus virtutis, ut possit facere, & infinitas perfectiones, ut possit alterius dependentiam terminare. Sed in hoc non completur assumptio personalis, sed in vno naturae assumpta cum eo quod est proprium personae.

17 Ad tertium argumentum dicendum quod licet in omnibus reciprocō oporteat quod aliquid vnum & id est principium actus & terminus, non oportet tamē quod omne illud quod est principium actionis sit terminus, verbi gratia contingit multos trahere naūem adhuc solum ex ipsius & ille solus dicitur trahere nauem ad eam, quia solus ipse est terminus tractus, licet non ipse solus sit principium tractus, sed omnes simili, & eodem modo in proposito, quia omnes personae simili quasi trahunt naturam humanam ad personalitatem solius filii, & ideo solus filius dicitur assumere, quia solus ipse est terminus tractus, licet ipse non sit solum principium talis actus.

18 Ad quartum dicendum quod actus notionalis est actus productionis, nec terminatur nisi ad productum notionale, & similiter essentialis quod est actus productionis non terminatur nisi ad productum essentiali. Incarnationem autem non est actus productionis, sed vniōnis productorum, & talis actus potest indifferenter terminari ad vniōnem essentialis cum essentiali, vel essentialis cum personali, & sic fit, quia per incarnationem vnitur natura humana naturae diuinae & personae.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum plures personae possint assumere vnam naturam.

Henc. quodl. 6. q. 7. Tho. 3. q. 3. art. 6.

Tertiō queritur, vtrum plures personae possint assumere vnam naturam. Et videtur quod nō, quia vna persona non potest assumere plures naturas, ergo nec plures personae vnam naturam, consequentia patet per simile: antecedens probatur, quia plura solum numero differentia non possunt esse in eodem & secundum idem. Sed duū humanitates solo numero differunt, ergo non possunt esse in eodem uno supposito diuino, essent enim in eo secundum idem cuim non sit ibi dare partem & partem.

2 Item quae sunt plura in creaturis vniāntur in Deo, sed nunquam est econtra, quod illa quae sunt plura in Deo vniāntur in creatura, sed si plures personae diuinae possint vnam naturam assumere plura in Deo vniārentur in creatura, quia plures personae diuinae in vna natura assument, ergo illud non est possibile.

3 Item si plures personae assument vnam naturam, aut ibi esset vnuus homo, aut plures, non vnuus, quia homo dicit suppositum habens humanitatem, & vnuus homo vnuum suppositum. Sed plures personae sunt plura supposita & non vnuum, ergo plures personae nō possent dici vnuus homo, esto quod assument vnam humanitatem. Item nec plures, quia si stāte vnitate humanitatis assumpta plures personae dicerentur plures homines, eadem ratione stāte vnitate diuinae essent plures personae dicerentur plures Di: hoc autem est absurdum, ergo & illud.

4 IN contrarium est: quia quecumque sunt naturaliter in una persona sunt ex necessitate in omnibus personis, nisi oppositio relativa impedit, ergo quecumque sunt in una persona non ex necessitate, sed voluntarie assumpta possunt esse in omnibus personis, nisi oppositio relativa impedit, naturae autē assumpta ab una persona nihil opponitur relativa in aliis, ergo potest assumi ab eis, conse-

Quæstio III.

212
quentia probatur, quia sicut se habent ad necessariā communicationem illa quae sunt in Deo naturaliter & ex necessitate. Sic se habent ad possibile communicationem & non necessariam illa quae sunt in Deo assumpta voluntarie.

5 R E S P O N S I O. Circa questionem istam duo sunt vidēda. Primum est vtū vna persona possit simul assumere plures naturas, & hoc implicatur in quodā argumēto. Secundum est id quod principaliter queritur, scilicet vtū plures personae possint simul assumere vnam naturam.

6 Q U A N T U M ad primum articulū est sententia Doctorum satis concors, ferē enim omnes concordant p̄ vna persona potest assumere plures naturas eiusdem species, puta plures humanitates vel diuerlarum sp̄cierum, puta humanitatem & aliquam aliam naturam dummodo sit assumptibilis. Cuius ratio est, quia effectus qui sit ab agente liberē, & non equatur sue causa potest plures iterari, sed assumptio humanitatis vel cuiuscunq; naturae a persona diuina sit liberē, nec equatur sue causa, scilicet virtuti diuinae per longe assumēris, nec virtuti effectu, nec terminatiue, ergo potest plures iterari.

7 S E C U N D U M articulū est magis dubius, & ideo circa ipsum procedetur sic, quia primo ponetur veritas questionis, & secundō ponetur impugnatō illius veritatis. Tertiō confirmabitur veritas postra, & quartō solentur rationes impugnantes veritatem. Quantum ad primum secundum est quod natura assumptibilis potest dici vna dupliciter, scilicet vnitate singularitatis, vel vnitate personalitatis. Dicendū est ergo quod à pluribus personis diuini potest assumi natura vna vnitate singularitatis, non autem vnitate personalitatis, id est, non in vnam personalitatem. Primum patet, quia personae diuinae à nullō abfoluto se excludent, eum distinguunt solum relationibus. Sed natura assumpta est aliquod abfolutum, ergo per hoc quod assumuntur ab una persona nō excluduntur quin possit assumi ab alia. Secundū patet, quia persona assumens & natura assumpta sunt vnu secundum suppositum, sed plures per longe diuinae nō possunt esse vnuum vnitatem suppositi, vel personalitatis, ergo natura assumpta à pluribus personis non potest esse vna vnitate personalitatis, sed habet plures personalitates, et si ergo talis natura vna secundum suppositum vel petitionem cum quālibet una persona, ita quod persona assumens & natura assumpta essent vnu secundum personā, sed eadem natura cum pluribus personis simili haberet plures personalitates, cum qualibet tamen per se habaret tantum vnam.

8 Quantum autem ad secundum sciendū quod aliquibus videtur contrarium propter multa. Primum est, quia infinitas naturae attestatur p̄ vna & eadē sit in pluribus suppositis, unde confutetur dici quod pluralitas suppositorum diuinorum cum vnitate diuina natura prouenit ex illimitatione naturae diuinae. Sed omnis infinitas & illimitatio repugnat creaturæ, ergo nulla vna creatura creaturæ sit potest assumi quod existat in pluribus suppositis.

9 Secundō, quia dependēt naturae creaturæ assumptæ perfectus terminatur per diuinum suppositum, quād terminaretur per proprium. Sed si natura creaturæ constitueret proprium suppositum non posset simul esse in pluribus supposito & in alieno, ergo fortiori ratione natura creaturæ assumpta ab uno supposito diuino non potest assumi ab alio.

10 Tertiō, quia sicut accidens naturaliter substantiatur in supposito substantia, sic miraculose natura humana substantiatur in supposito diuino afflumente eam, sed vnu accidens non potest naturaliter simili esse in pluribus suppositis creatis, ergo nec natura humana, miraculose in pluribus suppositis diuinis.

11 Quartō, quia Anselm, de concep̄to virginali expressè dicit ca. 7. quod tres personae non potuerunt vnu eundem hominem assumere. Et si dicatur quod ibi Anselm accipit hominem pro supposito quod non est assumptibile, & non pro natura. Contra, quia ibidem concedit quod vna persona potuit assumere hominem, non autē tres personae. Sed primum non potest concedi accipiendo hominem pro supposito, sed solum pro natura, ergo secundū non negatur accipiendo hominem pro supposito, sed pro natura.

12 Deinde confirmanda est veritas prius posita (scilicet quod plures personae à nullo abfoluto se excludent), &

*Inf. d. 5. q. 5.
num. 6.*

DD 4 hoc

DURANDI

Magistri Durandi de

hoe patet ad præsens dupliciter. Primo comparando na-
turam assumptam ad personam diuinam & hoc sic distin-
gio aliquorū per oppositiones relationis magis videtur
impedire unitatem relationis in sic distinctiōis, quā unita-
tem cūtūcūq; absoluti in eis, sed nō obstante distinctio-
ne per oppositas relationes vna relatio numero potest esse
in pluribus personis sicut in patre, & filio est vna commu-
nis spiratio, ergo fortiori ratione in pluribus personis po-
test esse quæcunq; vna natura abfoluta.

13 Sed dices quod maior est vera accipiendo relationem & naturam absolutā proportionabiliter puta naturam diuinā & relationem diuinā, vel naturam creatam & relationem creatam, non autem accipiendo relationem diuinā & naturam absolutā creatam, quia natura increata & eius relatio propter sui infinitatē potest esse in pluri-
bus suppositis, natura autem creata non potest propter li-
mitationem suam. Sed istud nō valer, quia relatio diuina
non est infinita, eo quod nihil potest habere rationem in
finiti, quod non potest induere rationem quanti, finitum
enim & infinitum quantitatē congruent. Relatio autem
nullo modo potest habere rationem quanti, neq; secundum
molem, neq; secundum perfectionē, quia tunc cui deest
aliqua relatio deest aliqua perfectio, quod falso est,
quia nullum suppositum diuinum est simpliciter perfe-
ctum; non conuenit igitur relationi diuina propter suam
infinitatē quod sit in pluribus suppositis, & eadē ratio-
ne non repugnat natura creata propter sui limitationem & finitatem quin posset esse in pluribus suppositis diuinis.

14 Secundū patet idem comparando suppositum diui-
num ad suppositum creatum. suppositum enim creatum
cum sit abfolūtū est aliquid in se, & ad se, suppositum ve-
rō diuinum cum sit relativum nō est aliquid in se, vel ad
se, sed quicquid est inquantum suppositum totum est ad
aliud, quia tota quidditas relationis est ad aliud esse. Ex
hoc sequitur duplex alia differēta. Prima est quod suppo-
situm creatum cum sit aliquid in se per vnum & idem dis-
tinguitur à quolibet supposito eiusdem naturae (scilicet
per id per quod constituitur) suppositum verō diuinum,
quia non est aliquid in se, sed totum quod est ad aliud est,
non per idem distinguitur à quolibet alio supposito diui-
no, sed per aliud & aliud, quia non idem referunt ad
plura, sed per diversa, distinguitur autem per illud per
quod referunt, propter quod sicut per diversa refertur sic
per diversa distinguitur, quia etiā refertur quandoq; per
id per quod primō nō constituitur, sicut Pater & filius re-
feruntur ad Spiritum sanctū per communem spiratio-
nem que nō est primō constitutiva Patris & filii, idem sup-
positum diuinum non semper distinguitur ab alio suppo-
sito diuino quoq; per illud per quod primō constitui-
tur maxime secundū opinionē illam qua probata fuit
in i. iij. d. ii. q. 2. (scilicet quod Spiritus sanctū nō distin-
gueretur personaliter à filio si non procederet ab eo.

15 Secunda differēta est q; quia suppositū creatum est
aliquid in se & per vnum & idem distinguitur à quilibet alio,
ideo quicquid est in uno supposito creato totū est distin-
ctum ab omni eo quod est in alio supposito, quia distin-
ctionem substantiae sequitur distinctionē accidentiū abso-
lutorū & respectiū, sed suppositum diuinū, sicut per il-
lud per quod primō est suppositū, non distinguitur à quo
libet alio supposito, sed per aliud & per aliud, ita cū ab
aliquo distinguitur nō distinguitur ab eo secundū omne
quod est in ipso, sed solum secundū illud secundū quod
ad illud refert mediate vel immediate, directe vel indi-
recte, & idem filius qui per solum filiationē dicitur ad Pa-
terem per eam solam à Patre distinguitur & non ab omni
quod est in Pare, quia nō ab essentiā, nec à cōmuni spiratiō-
ne, quia ad distinctionē relationum nō sequitur distin-
gio abfolutorū, nec relationē disparatarum, sed solum
eorum que habent oppositionem directam vel indirectā,
ex quo potest breuer argui sicut prius arguebatur, dis-
tinctio relationis non cauſat aliquā distinctionē in aliquo
abfoluto, sed persona diuinā distinguitur solum rela-
tiū, ergo possunt in vnoquoq; abfoluto conuenire.

16 Quartō respondendū est ad rationes in contrariū
adductas, cum enim primō dicitur q; infinitatē naturae at-
testatur quod vna & eadē sit in pluribus suppositis, istud
quidem vna est de natura que intrinsecē pertinet ad na-

Sancto Porciano

turam suppositorum, & est tanquam fundatū p̄s-
prietatum quibus supposta cōstituantur & distinguuntur
& hæc est sola essentia diuinā, sed eis in pluribus supposi-
tis relatis quasi extrinsecē, (puta quia sine eo esset suppo-
sta) cōmunicatur tamen ei existere in talibus suppositis
non arguit aliquam infinitatē, quod patet ex simili, circū
scribendo enim à deo supposta relata, & ponendo vnum
solum suppositum abfolūtū (sic ut ponunt Iudei & Gen-
tiles) tanta infinitas esset in illo vno supposito, sicut nunc
est in pluribus relatis, & tamen non poterit naturam
assumptam in illo supposito esse infinitam, quia non per-
tinerei intrinsecē ad naturam suppositū, sed solum ei com-
municaret ut hūmū esse finitum haberet in supposito in
finito, & sic est in propōsto de existentia vniū nature
creata finita in pluribus suppositis diuinis.

17 Ad secundū dicendum quod tota dependētia na-
ture humana terminatur per vnum suppositū diuinum
æquā perfecte, vel perfectius quam terminaretur per sup-
positum propriū, quia substantia diuinī suppositū per-
fector est quā substantia cuiuslibet suppositū & creati,
tamen hoc non obstante potest assumī ab alio supposito
diuinū, quia nō assumīt ad nouā substantiam cū sub-
sistere diuinū sit tantū vnum, ut superioris fuit probatum
sed cōmunicatur ei nouā vno cum proprio alterius per-
sona que non repugnat priori vniōni cum proprio pri-
mæ persona assumentis, sed si natura creata subsantificari
ret in supposito proprio non posset subsantificari in
alieno creato, vel non creato, nisi afflumeretur ad nouū
subsistere in alio, & istud contradic̄ ei quod est subsis-
tēre in seipso, & ideo istud non est possibile sicut aliud.

18 Ad tertium dicendum quidam quod non est idem de
accidente respectu diuersorum suppositorum creatorū &
de natura humana respectu plurimorum suppositorū diu-
inorum, quia accidens habet unitatem sive singularitatē
sive subiectō, & ideo non stant simul vnitates accidentiū cū
pluralitate subiectōrum. Sed natura humana, & quæcunq;
alia natura nata cōstituere secundū suppositū ha-
bet à se suam singularitatē & non à supposito, & ideo
vitas talis naturae potest stare cum pluralitate supposito-
rum. Sed istud non videtur bene dictum, quia Deus pos-
set facere absq; subiectō aliquod accidens vnum numer-
o, & conflat quod tale non haberet à subiectō suam sin-
gularitatem, posset ergo tale accidens esse in pluribus sub-
iectis sicut natura humana in pluribus suppositis : & si
vnam non datur, nec aliud debet dari.

19 Et ideo aliter dicendum quod nō est simile hinc & in-
de, quia supposita creaūta abfolūta sunt, & ideo quicquid
est in eis distinguitur distinctionē iporum, sed supposita
diuinā sunt relata & ideo non distinguitur quicquid est
in eis, sed solum relations, non quæcunq;, sed supposita.

20 Ad quartum dicendum quod Anfel. intelligit quod
tres personæ non possunt simul & semel assumere vnam
hominem vel humanam naturam ita scilicet quod assu-
mant eam ad vnam personalitatē, dicit enim sic, impossib-
ile est tres personas esse vnam personam cum vno co-
demq; homine, & in isto sensu concessum fuit quod tres
personæ non possunt assumere vnam naturam.

21 A dī primū argumentum principale dicendum
est quod sicut tres personæ possunt assumere vnam natu-
ram, ita plures naturae possunt assumī ab una persona, &
cum dicitur quod plura solo numero differentia, non pos-
sunt esse in eodem & secundū idem, verum est si sunt in
eo per inheritance, quia secundū naturam non habe-
rent vnde distinguerentur, forte tamen diuina virtute
posset hoc fieri, quia autem sunt in aliquo non per inheri-
tātiā, sed per habitudinem aliam quæcunq; nomine non īne
illa habitudo cōficiatur ut humanitas est in Christo, ni-
hil prohibet plura solo numero differēta esse in eodem,
quia nec ex parte suppositi sufficiens est repugnare
cū habeat virtutem terminatiū dependentiā plus
pluriū naturarū, nec ex parte naturarū cū habeat in
se per quod distinguantur, & distinctē existant loco, licet
non supposito.

22 Ad secundū dicendum q; si natura creata assumere
tā tribus personis in vnam personalitatē, tunc distin-
cta in Deo vniātūr in creatura, quia ille tres personæ dā-
vna in vnam personalitatē naturæ assumptæ, sed nō est
sic,

LIB. III. Distinctio. I.

sic, immo assumetur ad tres personalitates, non quae sunt subiectum existentes in natura assumpta, & causat eam per sonis assumptibus, quia tunc non est assumptio, cum assumens & assumptum debent esse unum secundum suppositum, sed quia ipsa met personalitates communicatur natura assumpta ut in ipsis existat.

22 Ad tertium dicendum quod nomine hominis & consimilibus utendum est sicut sunt ad significandum imposta, hoc autem est secundum ea quae videmus in creaturis, in quibus videmus regulariter suppositum & natura que natura est suppositum constitutum sibi correspondent secundum unitatem & pluralitatem. Ita quod non invenimus pluralitas suppositorum sine pluralitate naturae, nec pluralitas naturae sine pluralitate suppositorum, propter quod nisi inueniretur contrarium, impossibile esset inuenire proprium modum loquendi, & ideo si una persona assumetur plures naturas, vel plures personae una natura non posset propriamente dici quod ibi essent plures homines, aut quod esset unus homo, quia pluralitas semper obliteret unitatem naturae vel suppositi, & unitati obliteret pluralitas ex parte alterius eorum. Verumtamen ex quo oportet loqui imprudentem efficiendum illud quod minus habet de imprudentia hoc autem est sumendo unitatem, vel pluralitatem secundum naturam assumptam, ita quod si una persona assumetur plures humanitates dicerentur plures homines, & si plures affinerent unam dicerentur unus homo.

23 Cuius ratio est, quia secundum est de nominibus substantiis, & de adiectiis, quia adiectum cum significant in ratione dependentiā ad suppositū, ideo secundum pluralitatem suppositorū dicuntur pluraliter, etiam si forma importata per ea sit una numero, sicut dicimus quod Pater & Filius sunt spirantes spiritum sanctum, quoniam virtus spiratura & actus spirandi sunt unum numero in patre & filio. Nominum vero substantia cum non sic significant dependenter dicuntur pluraliter vel singulariter secundum conditionē formae, vel naturae per ea importata, sicut dicimus quod Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt unus Deus. Cum igitur nomen hominis sit substantiū debet praedicari singulariter vel pluraliter de his de quibus dicitur secundum unitatem vel pluralitatem formae importata nomine hominis, & non secundum unitatem, vel pluralitatem suppositū. Itud tamen non est sine aliqua imprudentia, ut dictum est.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum possibile sit aliquam naturam aīsum cīcūscriptis proprietatis personalibus.

Thom. 3. p. q. 3. ar. 3.

Quarto queritur, vtrum circumscripsit proprietatis personalibus a diuinis possibile esset naturam aliquam assumi. Et videtur quod non, quia ex assumptione & assumptio fit vnum: sed istud nullo modo posset esse circumscripsit proprietatis personalibus a diuinis, quare, &c. Minor probatur quod si posset fieri vnum, aut heret vnum secundum naturam, aut secundum suppositum, non vnum secundum naturam, quia natura diuina & natura humana non possunt fieri una natura, nec aliquis hoc potest, nec vnum secundum suppositum, quia vbi natura & suppositum sunt idem penitus secundum rem non potest fieri ex aliis vnum secundum suppositum quin fiat vnum secundum naturam. Sed circumscripsit proprietatis relativa idem est penitus in deo natura & suppositum, ergo non potest fieri ex natura assumpta & deo assumente vnum secundum suppositum, nisi fieret vnum secundum naturam, sed illud impossibile est, ergo & istud, quare, &c.

2 Item si fieret vnum secundum suppositum, aut hoc esset secundum suppositum creatum, aut secundum suppositum incrementum, non secundum suppositum creatum, quia tunc oportet quod natura diuina amitteret propriam substantialitatem, quod est impossibile, nec secundum suppositum incrementum, quia secundum hypothesim nullum suppositum esset in diuinis: suppositum enim dicitur quasi sub alio positum, quod contingit tripliciter, uno modo sicut particulare est sub universali, & tales suppositū est solū in illis in quibus inueniuntur genus & species (ut dicit Auct. in met. sua) quod non cōpetit diuinis. Alio modo sicut subiectum supponitur accidentibus, quod etiam deo non cōuenit, quia in ipso nullū est accidentes. Tertio modo sicut incommunicabile sub cōmunicabili, sicut dicitur

QUESTIO III.

mus in diuinis supposita relativa & incommunicabili esse sub essentia cōmunicabili, sed istud non esse, in diuinis cīcūscriptis proprietatis relativa, ergo nullo modo esset ibi suppositū, quare nec assumptio ad unitatem suppositi.

3 IN contrario arguitur, quia manente eadem potentia ex parte dei & eadem obedientia ex parte creature maneret idem effectus possibilis, sed circumscripsit proprietatis relativa adhuc remaneret eadem potentia ex parte dei, quia potentia est de absolutis, & eadem obedientia ex parte creature, eo quod circa creaturam nihil ponitur esse mutatum, ergo fieri nunc est possibilis assumptio, ira & tunc.

4 RESPONSI. Circa questionē istā aduentur dū est, quod ipsa potest habere duplē intellectū. Primus est quod fieret circumscripsit proprietatis relativa non quidē a diuinis, sed ab assumptione vel incarnatione sub hoc sensu, verum in supposito diuino, licet relato posse unitam humanam naturam cī diuina & non cī proprietate relativa. Secundus intellectus est quod fieret circumscripsit proprietatis relativa non solum ab incarnatione, sed totaliter a diuinis. Et iuxta verumq; intellectum oportet tractare questionem.

5 Quādā ad primū intellectū questionis dicendū est natura humana posset unitam cī diuina in eadem supposito relato quādā ad existentiam dato quod non unitetur cī proprietate relativa quantitā ad personā seu quantū ad unitatem personalē, quod patet sic, si non posset fieri unitio naturae cī diuina in supposito diuino, licet relato, quantum ad existentiam, nisi fieret unitio eiusdem naturae cī proprietate relativa quoad personam hoc non esset nisi quia unitio naturae secundum existentiam supponeret unitio secundum esse personale, aut quia unitio secundum existentiam nec esset, nec necessario concomitans vel sequitur, tunc una potest esse sine alia. Minor probatur quantitā ad oēs eius articulos, quod enim unitio naturae creata & diuina in eadem supposito secundum existentiam non supponat tantum priorē unitio quod est secundum proprietatem relativa iam patet ex dictis in. 2. quest. Quod autem unitio naturae humanae cī diuina quantum ad existentiam non necessario cōcomitetur vel sequatur unitio eiusdem naturae cī proprietate relativa quoad personā patet, quia ista cōcomitātia, vel consequētia necessaria non esset nisi ex habitudine essentiae diuinae ad proprietatem relativa, quia natura humana secundum se nullā habitudinē necessariā habet ad hoc quod unitatur proprietati relativa, & ideo si sit ibi aliqua necessitas illa cōsurgit ex habitudine naturae diuinae ad proprietatem relativa, ut quia natura humana unita est diuina quod necessariā habet habitudinē ad proprietatem relativa per consequētia unitatur necessariā aliqua proprietati relativa. Sed istud non potest dici, quia existentia diuina non solum habet necessariā habitudinē ad non proprietatem relativa sed ad oēs, si ergo propter necessariā habitudinē naturae diuinae cī proprietate relativa ad unitam naturam humanae cī essentia diuina secundum existentiam sequeretur necessario unitio eiusdem cī proprietate relativa quoad personā, sequeretur quod non posset fieri unitio naturae creata cum diuina secundum existentiam quoniam fieret unitio eiusdem cum qualibet proprietate relativa quoad personam, quia essentia diuina ad quamlibet habet necessariā habitudinē & non ad alterā solū: & ita unitio suppositū relatum non posset assumere sine alio, quod est errorem. Relinquit ergo quod in supposito diuino licet relato, posse fieri unitio naturae humanae cī diuina secundum existentiam, dato quod non fieret cum proprietate relativa quoad personam, sed tunc certe talis unitio non plus fieret in uno supposito & in alio, sed aequaliter in omnibus, quia esset solū secundum existere, quod est omnibus communis & non secundum aliquid proprium & personale.

6 Sed contra hoc posse aliquis sic obiicere, ex unitione naturae humanae cī diuina secundum existentiam, sequitur

quod potest dici quod homo sit deus, & deus homo, sed si deus est homo, ergo vel pater, vel filius, vel spiritus sanctus, vel oēs similis, quiquid enim reale cōuenit termino cōmuni: conuenit alicui supposito, sicut patet de hōe respectu Sortis

DD. 5. &

Magistri Durandi de

& Platonis, si ergo ex vnyione naturae diuinæ cum humana, verum est dicere quod Deus est homo, ergo vel pater, vel filius, vel spiritus sanctus, vel omnes sicut, cum per solam vniōem naturæ cum natura non fiat vniō in persona, sequitur quod facient ad illam vniōne necessario sequatur alia vniō in persona, quod est contra dicta.

7 Et dicendū licet esset verum dicere Deus est homo tamen sequitur, ergo Pater, vel Filius, vel Spiritus sanctus, nisi cū hac reduplicacione (scilicet in quantum Deus) quod posset cōcedi, dummodo sanè intelligeretur. Quod enim ad deitatem pertinet, totum est carnis vnitum, sicut & Dam. dicit quod perfecta diuinitas incarnata fuit. Non esset tamen extendenda locutio, vt sine additione dicatur Pater est incarnatus, vel Filius, vel Spiritus sanctus, quia his nominibus formaliter importatur id quod ad relationem pertinet, cui nondum facta est vniō, proper quod doctores has locutiones non confueuerunt recipere, quamvis cum prædicta reduplicacione tolerari possit sanè intelligendo.

8 Nec est simile de Deo respectu Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & de homine respectu Sortis & Platonis, & aliorum hominum, quia natura humana non est vna numero in se, & in suis suppositis, sed est solum vna secundum rationem, & plures secundum rem, & ideo nihil reale potest ei cōpetere nisi ratione realitatis aliquius sui suppositi, & ideo necessarius sequitur homo currit, ergo Socrates vel Plato vel aliquis alius, sed natura diuina est vna numero in tribus suppositis diuinis, & supposita diuina constitutunt formaliter non per essentiam communem, sed per proprietates relativas, & ideo aliquid reale potest cōpetere essentia vel nomine essentia secundum se, quod non cōpetit suppositis relatis secundum suā formalem rationem. Et ideo non necessario sequeretur Deus est homo, ergo Pater in quantum Pater est homo, vel Filius in quantum Filius est homo, vel spiritus sanctus in quantum spiritus sanctus.

9 Et sic patet primū, scilicet quod natura humana potest vniō cū diuina quoad existentiam, quamvis non vniōatur cū proprietate relativa quoad personalitatem. Dico autem quo ad personalitatem, quia in quantum proprietas fundatur in essentia, impossibile est aliquid vniōi essentiae, quin vniōrū proprietati relativa mediante essentia, sed hæc vniō non terminatur ad vnum secundum esse personale, sed solum secundum esse existentia quod est omnibus commune. Ad vniōtatem autem personalem requiritur propria vniō naturæ assumptæ cum proprietate relativa secundum seipsum, & non solum secundum essentiam.

10 Si autem quæstio intelligatur secundo modo, scilicet quod fiat circumscrip̄ia proprietatum personalium nō solum ab incarnatione, sed etiā à diuinis. Adhuc hoc potest intelligi duplicitate. Vno modo quod circumscribatur à diuinis oīs personalitatis. Alio modo quod circumscribatur à diuinis omnis personalitas relativa qualis ponitur secundum fidem, remaneat tamē personalitas absoluta, id est, natura diuina per se & in se subsistens, sicut intelligit Iudei, aut Gentiles. Primo dicendum est quod circumscrip̄ia à diuinis omni personalitate assumptio nō est possibilis: cuius ratio est, quia vbi nō est possibile dare aliquid subsistens nō est possibile dare aliquid assumptum, sed circumscrip̄ia omni personalitate à diuinis, nihil est subsistens in diuinis, ergo nec assumptus. Major patet, quia assumptio non existit in se, sed in affinitate. Si autē assumens nō subsistet in se, sed in alio, vel est devenire ad aliquid per se subsistens, vel est pro cessus in infinitū, sic vt vnu est in alio, & illud in alio, & sic semper, quod est in coenientiis: neceſſe est ergo devenire ad aliquid per se subsistens, illud autē propriè dicitur assumens quasi ad se sumens, quia sua existentia terminaret aliorū inexistentiā, alia vero nō dicerentur assumēntia quia nō ad se funderent, quia non terminari est aliorū dependentia, & sic patet maior. Minor probatur, quia omne quod subsistit habet rationem suppositi, quod vero subsistit in natura intellectuali habet rationem personalis, persona enim dicit suppositum in natura intellectuali, si ergo à diuinis circumscriberet oīs personalitatis per consequens tolleretur omne subsistens, & hæc fuit minor.

11 Si vero circumscribatur à diuinis sola personalitas relativa qualis ponitur secundum fidem, remaneat tamē personalitas absolute quamlibet intelligenti Iudei, aut Gen-

Sancto Porciano

tiles, sic dicendum est quod adhuc possibilis esset assumptio, quod patet tripliciter.

12 Primo, quia remanente illo subsistere quod sufficit ad assumptionem remanet possibilis assumptionis, sed circumscrip̄ia personalitatis relativa & remanente personalitate absolute adhuc remanet subsistere quod sufficit ad hoc quod aliquid sit assumptus, ergo remanet possibilis assumptionis. Major patet, sed minor probatur: quia subsistere absolute & infinitum est prima & sufficiens substantia di omnē alia naturā quod existet, vt patuit supra, talis autem subsistere maneat manente supposito absolute, quia ratio subsistendi, & ratio infiniti sunt de absolutoriis, quare &c.

13 Secundo, quia non minus cōpetere tali supposito absoluto posse assumere aliquā naturā q̄ nunc competet supposito relato ratione solius essentiae: nam essentia est in illo supposito, sed nunc posset cōpetere supposito relato quod ratione solius essentiae assumetur & nō ratione relationis (vt probatum est in primo articulo questionis) ergo illi supposito absoluto posset cōpetere q̄ uero, aliquam naturam assumetur.

14 Tertio, quia sic se habet accidens ad subiectum naturaliter, sic aliquo modo se habet natura assumptibilis ad suppositum diuinum supernaturaliter, ipsa enim aliquo modo degenerat in accidens secundum doctores, quia aduentum enim enti in actu, sed subsistente subiecti aboluti est sufficiens ratio terminandi naturaliter dependetiam accidentis, ergo subsistente supposito absoluto diuinum (si poneretur) effet sufficiens ratio terminandi supernaturaliter dependentiam naturae assumptibilis.

15 Ad primum argumentum dicendum quod ex natura assump̄ta & supposito assumptum fieret vnu secundum suppositum, & cū probatur q̄ nō, quia ibi suppositum & natura sunt penitus idem secundū rem nō possunt aliqua fieri vnu secundum suppositum quin fiant vnu secundum naturam. Dicendum quod falsum est. Ad cuius intellectu sciens dum est quod vbi suppositū constitueretur per solam naturam, sicut fieret in diuinis circumscrip̄is relationibus, licet suppositū & natura essent idē simpliciter intrinsece, tamē suppositū connotaret aliquid quod nō connotaret natura: natura enim nihil connotat extrinsece, nec affirmatur, nec negatur, sed precise dicit rei essentia suppositum vero preter essentia connotat affirmatur existere in se, & per se, & nō existere in alio, sicut enim essentia respicit esse absoluto & finitum determinatum, sic suppositū respicit esse cū determinatio que est in se, & per se, & sine hoc nō inuenitur ratio suppositū, igitur quia essentia vel natura nihil extrinseco connotat nō dicitur aliquis fieri vnu secundum naturam, nisi sint, vel faciat vnam naturā simpliciter & absoluto, sed quia suppositū dicit naturam connotando habitudinem ad extrinsecum que est esse in se, & nō in alio sed in quo aliud, ideo oīa que sic possunt fieri vnu secundum existere, ita q̄ vnu sit in alio, alterum vero in quo aliud, dicuntur nisi & esse vnu secundum suppositū & nō secundum naturam, & sic circumscrip̄is relationibus à diuinis ex natura assump̄ta, & supposito assumptum fieret vnu secundum suppositum & non secundum naturam, non propter realen diueritatem suppositū, & natura intrinseco loquendo, sed propter habitudinem quam connotat suppositum ultra naturam. Nam & hoc modo operatur dicitur de supposito relato, assumens enim & assumptum faciunt vnum secundum suppositum, nō autem secundum naturam absolutam, vel relatum, cum tamē suppositum diuinū nihil sit aliud q̄ essentia cum relatione.

16 Ad secundum dicendum est q̄ cum nomen suppositi sit nomen secundae intentionis, & logicæ, sicut nō generis & speciei, in quaenam suppositū dicitur sub alio positum, ideo suppositum propriè non inuenitur nisi in quibus inuenitur genus & species, quod nō est in diuinis. Et ideo nec ponēdo relations in diuinis, nec circumscribendo eas potest propriè dici q̄ in diuinis sit propriè suppositum absolutum vel relatum. Nō enim suppositū relati ex hoc potest propriè dici suppositū, quia possit ei sub essentia, sicut incommunicabile sub comunicabili, quia communicabilitas essentiae diuina respectu relationis est alterius rationis à communicabilitate illius sub quo propriè dici sur suppositum, quia cōmunicabilitas illius sub quo proprie-

pri

Lib. II. Distinctio. I.

priè dicitur suppositum est cōmunicabilitas solum secundum rationē & speciē que dicit totū in vniuersali quod pertinet ad rationē suppositi, predicatur etiā formaliter de supposito, totū autē contraria est de essentiā diuina respectu diuinariū personarū, quia cōmunicabilitas essentiæ respectu carū est vnius in numero & secundum rem essentiā etiā nō dicit quicquid pertinet ad rationē suppositū diuini, quia nō relationē, nec prædictatur formaliter de persona, quia nō est formalis prædictatio, pater est essentiā, & ideo suppositum propriæ dictum nō est in diuinis. Quid ergo dicemus, qualiter terminabitur vno naturæ assumptiæ & personæ assumentiis ad vnu suppositū, si in diuinis nō inuenitur propriæ suppositum? dicendum q̄ secundum p̄tēt nō conuenit propriæ supposito terminare alterius dependentiā rationē intentionis suppositi, sed propter subsistentiā sine qua nō inuenitur suppositi, & idem vbi inuenitur ratio per se subsistentiā etiā absq; supposito propriæ dicto secundum modum loquendi logicum, potest inueniri ratio affiunedi & terminandi dependentiā alterius. Hæc autē per se subsistentiā est nunc in suppositis relatis, & est in supposito absoluto circumscripsi omnibus propriaetatibus relatis, & ideo vtrōbiq; est assumptio possibilis.

Q. V. A. S T I O Q. V. I N T A.

Vtrum natura humana posuit subsistere in alie-
no supposito creato angelico vel alio.

Caiet. 3. p. q. ar. 1. ad secundum.

Q UIN TO queritur, vtrum natura humana posuit subsistere in alieno supposito creato, puta angelico, vel aliquo alio. Et arguitur quod sic, quia facilius inveniunt media quam extrema, sed in toto vniuerso suprema natura est natura diuina, infima vero est creatura irrationalis quae possunt secundum solenniores doctores in eodem supposito vnius, quia persona diuina posuit afflire creaturam irrationaliem, ergo multo fortius (vt videtur) duas creature rationales, puta angelica & humana quae sunt media inter predicta extrema posunt vnius in eodem supposito.

1. Itē pōissima ratio quae assignatur q̄ illud nō possit fieri, si quia assumens debet contineat formaliter vel virtutaliter oēm perfectionē nature assumptibilis & suppositi proprii cuius vicem suppet, sed nullum suppositū creatum contineret perfectionem alterius naturæ, nec suppositū natūrā per ipsam constitui, ergo &c. Hæc autē ratio nō valer, ergo multo minus quacunq; alia, cūm hæc inter oēs sit pōissima. Quod autē non vleat probatur sic: persona diuina assumpsit naturam humanam sicut tenet veritas fidei, sed nō assumpsit propter aliquam dictarum causarum saltem vt terminus assumptionis, ergo &c. Minor probatur, quia persona diuina est terminus vel extremū assumptionis ratione proprietatis particularis, & nō ratione essentiæ, aliquin vna persona assumente, omnes asserunt, sed proprietas personalis nō continet aliquam perfectionē, nec formaliter nec virtualiter, aliquin in qualibet persona diuina nō est omnis perfectio formalis vel virtualis, quod falso est, ergo &c.

2. Item perfectio formalis quæ est perfectio simpliciter est semper in creatura superiorē respectu inferioris, si ergo illa sufficeret tuc creatura superior posset inferior nō assumere, puta angelica humana, & si habetur propositi: perfectio vero virtualis reducitur ad aliquod genus cause, sed oīs causalitatis diuina est cōmunitas omnib; personis diuinis; q̄ autem est eis cōmune nō requiritur ad terminū vel extremū vniōis, cūm vno posuit fieri & iā facta sit, sc̄ cum vna persona q̄ nō cum omnib; ergo illa ratio quæ assignat pro causa omnimodā perfectionē essentiale, vel virtualē in persona assumēt nulla est, quare nec quacunq; alia cum illa reputetur pōissima.

3. IN CONTRARIUM arguitur, quia principium actionis & terminus sibi inuicem correspondent, sed principium agens ad vniōinem naturæ valentem constitutere proprium suppositū cum alieno supposito nō potest esse, nisi suppositum diuinum, ergo cūm talis vno secundum doctores terminetur ad suppositum illud nō poterit esse nisi diuinum.

4. R E S P O N S I O. Dicendum est q̄ inter naturas creatas natas cōstituere suppositū est magna diuersitas, est enim quodā quæ sibi derelicta cōstituit suppositū, & tamē nata

Questio V.

214

est eis pars alterius naturæ perfectioris, alterius dico, nō secundum speciē, sed secundū numerū, vt in homogeneis, quælibet enim aqua per se sumpta est quoddā suppositū aquæ, & tamē nata est vniū alteri per continuationem ex quibus sic cōnūctis fit vna aqua quæ se habet ad priores sicut totum ad partes. Alia est quæ sibi derelicta cōstituit propriū suppositū, nec est nata eis pars alterius naturæ, si cūt humana natura, & natura animaliū perfectior: tunc ad propositiū dicendū q̄ natura nata primo modo cōsideretur suppositum potest existere virtute naturæ in alieno supposito, q̄ nō est alienū secundum speciē, sed solum secundū numerū, nō totaliter, sed secundū quid (hoc est secundum partē) q̄ pater sit. Natura quæ sibi derelicta nata est cōstituere propriū suppositū, & nihilominus nata est eis pars naturæ perfectioris suppositū cōstituentis potest subsistere in alieno supposito quoad aliquid saltem quoad partē, sed tales sunt inuitæ naturæ creatæ (videlicet corpora simplicia & oīa mixta homogenea, saltem humida) quære &c. Per hunc modū ramus praesens ab arbore sibi derelictus cōstituit propriū suppositū, & tamē in situ alii teri arbori eiusdem speciei efficitur vnum cōtinuitate cum ipso, & subsistit in eodem supposito. Dico autē si vniūtatur arbori eiusdem speciei, quia si est alterius speciei nō efficitur vna natura, nec vnu suppositū, alioquin vnu in diuidiū vel vnu suppositū posset esse dupli specie q̄ est impossibile secundum naturam.

5. De natura autē humana, & de qualibet alia sic perfetta q̄ non est nata eis pars alterius naturæ aliud est iudicium. talis enim, vt mili videtur, ad præfens & absq; præiudicio sententia sanior, nulla virtute potest existere in alieno supposito creato, sed solum in diuino. q̄ enim illud nō possit fieri virtute creatæ patet, quia generales modos esendi * cōsequentes per se totā naturam entis creati nō potest aliquid virtus creatæ mutare, sed esse in se, & esse in alio sunt generales modi esendi, per se cōsequentes totā naturā entis creati (saltem absoluū) quod solum propriæ dicti tūr ens, ergo nulla virtus creatæ potest hos modos essendi mutare circa res quibus conueniunt salua eorū natura. Natura autē humana & quæcumq; cōmūlis naturaliter est per se subsistens, & in proprio supposito, nec est apta natura est perfectioris naturæ cōstaurans suppositum. propter q̄ nulla virtute creatæ fieri potest q̄ ipsa existat in alieno supposito, nec credo q̄ aliquis vnuq; oppositū senserit.

6. Quod etiā virtute diuina nō possit fieri q̄ ipsa subsistat in alieno supposito creato patet, quia suppositū subsistens alienam naturā habet ralem & tamē perfectiā subsistentiā q̄ potest per eam terminare dependentiā illius naturæ, sed nullum suppositū creatū potest habere ralem & tamē perfectiā subsistentiā quacunq; virtute, quare &c. Major de se patet. Minor probatur: quia dependentiā supernaturale nō potest terminare nisi subsistentia supernaturale, sed nullum suppositū creatū potest habere subsistentiā supernaturale, quare &c. Adhuc minor huius rationis probatur sic, subsistentia quā habet quodlibet suppositū creatū, vel eis ex principiis sue naturæ, aut ex aliquo susperadito, si primo modo tūc est naturaliter, si secundo modo cōtra, nihil dependē potest alteri dare subsistentiam, sed omne q̄ potest superaddi naturæ suppositū creatū est per se dependēt, qui ei aliquod accidēt ei in hītēs, ergo per nullum tale potest suppositū creatū habere subsistentiam, & hec fuit minor, sequitur ergo conclusio.

7. Item sicut plura corpora repugnāt sibi in eodem loco naturaliter, ita plures naturæ natæ cōstituere propriū suppositū repugnāt sibi in eodem supposito naturaliter, sed si virtute diuina fiat plura corpora sint in eodem loco, eadē virtute potest fieri q̄ infinita corpora ē, essent, essent simul in eodem loco, ita q̄ ex parte loci nulla esset repugnātia, ergo conhimerit si virtute diuina potest fieri q̄ plures tales naturæ sint in eodem supposito, eadem virtute posuit fieri q̄ & infinite, ita ex parte suppositi nulla esset repugnātia, hoc autē nō potest conuenire supposito creatū quia dependentiā infinita, seu infinitior nō potest terminare nisi subsistentia infinita quæ supposito creatū non potest cōpetere, quare &c. Et confirmatur per dicta cōmune, quia secundū oēs doctores sicut persona diuina assumpsit naturam humana, ita cum ea posset quādā est ex parte personæ assumentis infinitas assumere.

9. Ad

Inf. d. 5. q. 8.
num. 5.

* alias cōfina-
entes et

Magistri Durandi de

9. AD Primum argumentum in oppositum dicendum
¶ possibilis vniuersitatis plurium naturarum in eodem sup-
posito non est secundum maiorem conuentientiam in natura
cum videamus quod materia & forma, substantia & accidentis
concurrant in unum suppositum naturaliter, non autem
duae materie, nec duae formae, nec duae substantiae & accidentes,
sed secundum proportionem dependentie & sufficiencie
terminantis dependentiam. Et quia in supposito diuino est
subsistentia nata terminare omnem dependentiam superna-
turalem, non autem in supposito creato propter rationes pri-
us dictas. Ideo creatura quaecumque potest existere in sup-
posito diuino, non autem in creato nisi in proprio.

10. Ad secundum cuius dicitur quod persona diuina non est
terminus vel extremus assumptionis ratione essentiae, sed
ratione proprietatis personalis quod non importat formaliza-
tionem aliquam perfectionem. Dicendum quod non est verum,
nam sicut patuit in precedenti questione, prima ratio vni-
onis naturae humanae cum persona diuina est per se subsi-
stentia persona diuina per quam potest terminare depen-
dientiam naturae assumpta, illam autem per se subsistentiam
habet ratione naturae, vel essentiae, & non ratione propri-
etatis personalis (ut probatum fuit) essentia autem diuina
cointinet omnem perfectionem naturae cuiuscumque, & cuiusli-
bet subsistentie suppositalis propter quod instantia contra
maiorem illius rationis non est bona.

11. Quod autem dicitur contra minorem quod perfectio
formalis quae est perfectio simpliciter est tota in crea-
tura superiore respectu inferioris, verum est de perfectione na-
ture, non autem de perfectione subsistentiae suppositalis.
Hac enim est aquae perfecta in creatura inferiore sicut in
creatura superiori, sicut e contrario imperfectio dependen-
tiae est tanta in accidente superioris naturae puta in intel-
ligere sicut in accidente inferioris naturae pura in albedi-
ne, propter quod cum ratio terminandi dependet naturae
assumptibilis sit per se subsistentia assumpta, & hec
non est potior in natura creatra superiori quam in inferiore, nec ea
formulari vel virtualiter continet sicut nec econverso.
Ideo una non potest subsistentiari in alia. Quod vero addi-
tur quod perfectio virtualis reducitur ad aliquod genus causae,
& quod omnis causalitas communis est omnibus personis,
concedatur. Et cum dicitur quod illud quod est communis
non requirit ad terminum vel extrellum vniuersitatis. Di-
cendum quod falsum est, sed in illo non compleetur sed in
proprio, ratione cuius sit vnius cum una persona, & non cum
omnibus quantum ad personalitatem.

12. Argumentum alterius partis quanvis sit ad conclu-
sionem nostram tam multiplicitate deficit. Primo quia prin-
cipium actionis & terminus non sic correspondunt quod idem
numero vel specie sit principium & terminus nisi in acci-
one vniuersalitate que nunquam est Dei respectu creature, sicut est
illa de qua queritur. Secundo, quia principium talis actionis
est tota trinitas secundum illud quod est communis
cuilibet persone, & ideo si argumentum procederet con-
cludetur quod non posset fieri vnius naturae assumptibilis
nisi cum tota trinitate. Tertio, quia terminus assump-
tionis non est suppositum, sed esse vniuersum vel ipsa vnius,
quia terminus actionis non precedit actionem, sed sequitur
cum per eam acquiratur, suppositum autem cui sit vnius
precedit actionem assumptionis, ideo &c.

Sententia huius distinctionis. II. in generali & speciali.

Et quia in homine Superiorius determinauit Magister
de incarnatione ex parte personae assumentis. Hie de-
terminat de ipsa ex parte naturae assumptionis. Et diuiditur
in tres. Primo ostendit quid sit assumptum. Secundo qua-
le fuit quod assumptum est. Et tertio quo agere factum fue-
rit id quod assumptum est. Secunda dist. 3. ibi, queritur
etiam de incarnatione verbi. Tertia dist. 4. ibi. Cum vero
incarnatio. Prima est principalis lectio. Et diuiditur in
duas. Primo ostendit quid sit assumptum quia natura hu-
mana integra ex suis partibus coniunctis. In secunda de-
terminat ordinem assumptionis. Secunda ibi, assumpsit igitur
filius dei. Et ista diuiditur in duas. Primo ostendit or-
dinem naturae. Secundo ordinem temporis. Secunda ibi,
si autem queritur vtrum verbum. Hac est diuisio & sen-
tentia lectionis in generali.

Sancto Porciano

2. IN Speciali sic procedit, & primo proponit quod quia
primus homo totam naturam humanam corrupserat (sic
licet corpus & anima) ideo filius dei carnem & animam as-
sumpsit ut tota curaret & sanctificaret. In Christo enim
est una persona & duas substancialiter, scilicet diuina & humana, ergo
se habuit humana, habuit vniuersale animam & corpus,
qua nomine humanitatem anima & corpus intelligitur.
Ponite vero excludit errorum quorundam dicentium quod fi-
lius dei carnem humana vel humanitatem non assumpsit,
sed secundum quosdam proprietatem sue habitum nomine hu-
manitatis intelligentes non substancialiter sed proprietatem
quandam quia homo nominatur, occasionem fuentes ex
dictis Dam. qui dicit quod in domino Iesu Christo non est
communum speciem accipere, ex quo videtur quod non
assumpsit vere corpus & anima sed inuicem coniuncta, quia
sic fuit eiusdem & communis speciei cum aliis. Sed istud
non valet, quia intentio Ioan. Dam. non fuit quod Christus
non vere assumpsit corpus & animam adiuicem vnitam,
sed fuit intentio sua quod Christus prout nominat supposi-
tum constitutum ex humanitate & diuinitate non fuit sub
aliqua specie communis, quia nec sunt, nec fuerint, nec erunt
plures Christi habentes communem speciem, sicut sunt
plures homines habentes vnam humanitatem commu-
nem secundum speciem, assumpsit tamen filius dei veram
humanitatem non in vniuersali (scilicet Platonici posuerit
ideam hominis) sed in singulari constitutam ex hoc cor-
pore & hac anima quae cum diuinitate non habet commu-
nem speciem cum quocumque alio supposito. Deinde dicit
quod filius dei assumpsit carnem & animam, & omnem proprie-
tatem ipsius decentem. Praterea dicit quod quanvis virum
que (scilicet corpus & animam assumpsit) tamen affun-
dit carnem mediante anima, quia tantum simplicitatis est
diuina natura quod non debuit immediatè vnius carni de
lito formata, sed mediante spiritu create (scilicet anima)
que quidam vnius ab intellectu humano investigari non po-
test. Nec corpus phantasticum, sed corpus verum de mulie-
re natum assumpsit quod quidam hereticis negant, unde er-
ror eorum patet per simile de radio solis. Ultimo dicit quod
Christus carnem simul tempore & animam assumpsit, & quod
non fuit caro prius concepta quam deo vnius, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum una persona diuina possit assumere
naturam irrationalis.

Tho. 3. p. q. 4. ar. 1. Henr. quodl. 13. q. 5.

C Irca secundam distinctionem primo queritur, vtrum
persona diuina possit assumere naturam irrationalis.
Et videtur quod non, quia infinita natura non est capax
supremi doni, quanto enim natura est nobilior rati-
onis est capax potioris doni. Sed supremum donum naturae
creatas communicatum, & etiam communicabile vide-
tur esse assumptum à persona diuina, ergo creatura irratio-
nalis que est infinita, non est huius doni capax.

a Item assumptum terminatur ad vnitatem personae, sed
creatura irrationalis non est capax personalitatis, quia secun-
dum Boëtium, persona est rationalis naturae individua
substancia, ergo creatura irrationalis non est assumptibilis.

b Item si creatura irrationalis est assumptibilis, vni-
retur perfectus diuina natura quam natura rationalis, sed
hoc est inconveniens, ergo & primum. Probatio confe-
quentiae, quia si lapis assumeretur, non solum esset verum
dicere quod lapis esset deus, sed etiam quod quelibet pars lapidis
esset deus, quia si verum est dicere quod lapis esset deus,
& quelibet pars lapidis esset lapis, consequens est quod que-
libet pars lapidis esset deus, sed per assumptionem naturae
rationalis pura humanitas, licet sit verum dicere quod ho-
mox sit deus, non tamen quod quelibet pars hominis sit deus,
puta pes vel manus, quare &c.

4. IN CONTRARIUM arguitur, quia si Deus
manans infinita virtutis, non esset intellectualis, nec per
consequens persona, nihilominus posset assumere naturam
irrationalem in unitatem suppositi, sed per hoc quod est
intellectualis, nihil deperit ei de perfectione potentiae &
infinitatis, ergo sicut posset tunc assumere naturam irra-
tionalem, sic & nunc.

5. Item